Num.	Argumenta.	Lapill. voc.	Possessores.	Monum. Script.
190	Idem ille, paullo minore gemma, superioris exemplo expressus, nec contemnendae artis, sed pulchritudinem alterius nullo modo assequutae.	Sarda	Princeps Galliczin.	
191	Alius sedens in pelle caprina humi extensa, brachio genu innixo, mentum dextra suffultum sustinens, obtutum in nescio quid figenti similis; ad pedes extensos, quos inter buxorum par eminet, vas in stylobata positum. Elegantia operis plane cum *Nicomae* manu, Mill. I. N. 220. vbi minus recte *Nicomachi* editur, conuenit.	Smaragdites	Comes Maurit. a Brühl.	
192	Idem ille felici imitatione expressus, minore lapillo.			
193	Alius, bacchantis habitu, nimio mero insaniens, et ad lasciuam saltationem procliuis, quales Mill. I. n. 185 sqq. nonnullos exhibuimus. Hic quidem non male expressus.	Achates onych.	L. B. a Blum.	
194	Idem a scitiore manu; ad pedes vas euersum.	Sarda		
195	Alius colliculo, tigridis pelle strato, insidens; Nympham, in conspectu stantem, manu amplexus: Faunus elegantissime descriptus; Nympha valde adolescentula nimis adhuc tenello et crudo, necdum perfecto, corpore, membrisque leuiore ductu circumscriptis.	Sarda	in Museo Cerettari.	Museum Florent. T. I. tab. 86. n. 9.
196	Alius, in sinu velaminis arboreos fructus gestans, Nympham, admodum puellari aetate, manu amplexus, quae videndi cupida, quid in sinu gerat, suspenso pede	Ectypum		

sese